

dando marito licentiam profitendi: & tunc distinguenda est, si erat iuris petentis professionem ipsius, ut vir legitime profiteretur, ignara, non cogetur profiteri, sed includitur in monasterium, quod à vagationibus arceatur, & cesset incontinentià periculum, ut ait prima sententia relata. n. 25. si verò eius iuris conscientia erat, cogetur profiteri, ut ait sententia, nu. præcedenti relata. Probatur, quando erat iuris ignara non esse compellendam profiteri. Quia est res dura rem tam arduam iniungere ei, quæ nec expressè, nec tacitè eam promissit: nec mirum, si compellatur ut sit intra monasterium inclusa: quia venit accessorie ad obsequiam castitatis, quam promissit: nec compellitur ingredi, ut fiet ibi quasi in carcere, sed ut honestam vitam ducat. Probatur verò quando erat iuris conscientia eam compellendam profiteri, ex c. qui vxorem. 33. q. 5. ibi. *Qui vxorem suam valere permisit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur.* Deinde, quia sciens id desiderari ad legitimum viri ingressum, assensum illi præbens videtur se ad illud obligare (ut probavi num. 14.) & idèd hanc sententiam sustinent Calderinus c. 1. de conuers. coniug. & ibi Abbas, nu. 8. & c. significauit, in fine, eodem tit. Brunellus de sponsal. concl. 30. nu. 10. Maioribus. 4. d. 2. q. 2. §. pro illa rubrica. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 11. in principio. Sylu. matrimon. 8. q. 12. disto. 4. Tobiena matrimonium. 1. q. 3. nu. 4. Azor lib. 12. institutionum moralium. c. 1. q. 6. §.

si quæras. Temperant Abbas eo. c. 1. nu. 8. Rosella, & Sylu. proximè citati, ut hæc distinctio habeat locum in ijs, quos iuris ignorantia excusat: ut sunt mulier, minor, miles: secus quando non excusat, tunc enim coniux iuris ignarus cogitur etiam profiteri. Et mulierem excusari in hoc casu, ignorantia iuris, affirmant etiam Hostien. d. 8. cap. significauit, in fine, & Ioan. Andr. ibi, in fine: quamuis excusari negat Cardin. cap. ex parte, el. 1. ad finem, de conuers. coniug. Sed (ut dixi num. 14. distinctio hæc ignorantia iuris deseruit foro externo. Nam in foro conscientia: æquè excusat ac facti ignorantia.

Ad argumentum num. 25. propositu cõstat ex dictis num. præcedenti, ingressus enim ille: & professio veniunt accessorie ad rem promissam, & licentiam præstitam nõ ignorato iure. Ad argumenta proposita, numer. 29. dic. ad primum respondeo intelligi de ingressu ad profitendum, ubi ignorantia iuris non excusat: vel de inclusione sola ut feruetur castitas, quando ea excusat. Nec est absurdum, causa iusta concurrenti non professam esse ratione conditæ inter professas. Ad secundum constat ex dictis numer. præcedenti, non enim includitur quasi in carcerem, sed ad custodiam. Ad vltimum dic non adesse causam compellendi ad professionem, nisi quando aderat iuris scientia, ut numer. præcedenti diximus.

(3.)

DISPUTATIO TRIGESIMAQUARTA.

Vtrum professio coniugis post consummatum matrimonium facta, ignorante altero, aut scienti, contradicente tamen, valida sit: an potius professus reuocandus sit, & sic reuocatus ad quid obligetur?

SUMMARIUM.
Profectio illa non habet vim voti solemnis, num. 1.
 Votum castitatis in ea emissum habet vim voti simplicis: & obligat coniugem non exigat, at teneatur reddere, nu. 2.
 Quid, si ex sine immediato profitendi in religione, castitatem tunc voueret, & dependenter ab ea: & quid in dubio nu. 3.
 An liceat huic professo reuocato petere debitum, non tamen exigere? nu. 4. & remissiuè an aliter coniux teneatur ei reddere?

Nam si liceat saltem validè ad aliud matrimonium eo soluto transire? nu. 5.
 An liceat coniugi alteri professum absq; sua licentia reuocare quamuis vterq; communis cõsensu castitatem vouisset? nu. 6.
 Non licet è religione illum rapere: & enodatur. c. cum causa, de raptor. nu. 7.
 An professio absq; coniugis licentia facta vim habeat voti simplicis religionis? Refertur duplex sententia nu. 8. & 9.
 Nullatenus obligat ad religionem: & traditur differentia inter id votum, & votum casti-

castitatis in ea professione factum, nu. 10.
 An coniuge reuocato mortuo, ad religionem redire teneatur? Refertur quodam sententia, numer. 11.
 Non tenetur redire, nu. 12.
 An semel reuocatus teneatur redire, si coniuge reuocantem paniceat reuocationis? nu. 13.
 An coniux hic possit propria auctoritate redire, altero non repente? Proponitur quædam sententia, nu. 14.
 Possit propria auctoritate exire, nu. 15.
 An volenti coniuge spoliato consentire professioni illi, possit professus retrocedere: ac coniugem spoliatum repetere? nu. 16.
 Quando coniux sine professo permanere vult: quid relictus in seculo volens consentire, teneatur facere? nu. 17.
 An hoc dum vivit non consentiente, possit statim eo defuncto, coniux professus resipire: & an d. fidelitatis in eo notitia nullitatis prioris professionis: & non acceptatio in superioribus, & nonus nuptias? nu. 18.
 Quid, quando ignarus mortis perseverauit, & factus illius certior, vult statim exire? nu. 19.
 Si confessus mortis perseveret in religione, an liceat reuocari habere ratam prioris professionem? nu. 20.
 Quid, si coniux spoliatus vivens nec consentit, nec d. desistit, sed dissimulauit? Romissus, numer. 21.
 Quid, si spoliatus dum viveret, consenserit, num. 22.
 An coniux sine cuius licentia alter professus est, possit eo iniusto profiteri? nu. 23.
 An si vterq; coniux mutua licentia minime oblata proficiatur, siue consensu, siue ignarus professionis alterius, valeat professio: neuterq; alium reuocare possit? nu. 24.

Disputatiõnis huius difficultas veratur in intelligentia textuum. c. quidam, & c. placet, de conuers. coniug. Nam eo. c. quidam, de viro professo vxore contradicenti, ac ad eius instantiam reuocato, sic dicitur. Respondemus quòd votum non tenet, unde ratione voti ad monasterium non tenetur redire: vltentius verò non poterit vxorem accipere: promissit enim se non exigere debitum, quod in eius potestate erat: & idèd quoad hoc, votum tenet. Et c. placet, de muliere, que virum defunctum credens professa est, ac postea à viro reuocata, sic dicitur. Respondemus quòd licet: voti eius vsq; quaq; non tenuerit, ea enim tunc fuit obligatorum quatenus se poterat obligare: pro-

missit enim intrando monasterium se non ex actu carnis debicam: quod erat in potestate ipsius: Radix verò ad seculum non erat in eius potestate, sed in potestate mariti: & idèd quantum ad ipsam tenet votum. Consultus itaque dicimus, & ei congruentius ad salarem, ut ad monasterium redeat: si vivò ad hoc induci non poterit, ipsam inuitam credimus non cogendam. Quia in re id absq; controuersia est, professionem illam minime habere vim voti solemnis professionis. Id enim vterq; textus ferè expressè ait, dum cum coniugem non teneri ratione voti in monasterio permanere, nec altero defuncto ad illud redire cõcedit. Et ratio est, quòd coniux dominii sui corporis minime habeat, quòd illud in religionis dominium transferre valeat. Sicut eadèd ratione, qua quis non est post professionem sui corporis dominus, nequit validè illud tradere vxori per matrimonium, ut diximus disput. 26. nu. 4.

Secundò condit votum illud castitatis in ea professione emissum habere vim voti saltem simplicis, & obligare coniugem in quantum se obligare potuit: nimirum, ut in eo matrimonio abstineat se à debiti exactione, & eo per mortem saluò, ab alio matrimonio inuendat: & ab alijs quæ castitatis promissit aduerfantur teneatur ad coniugem reuocatus reddere illi debitum. Quod vterq; textus nu. præcedenti allegatus decidit: ac eam rationem reddit. Quòd votu illud coniugem aspinxerit, quatenus se obligare potuit: at potuit se ad hæc obligare: cum ea non cedant in presentis matrimonij præiudicium. Quòd si roges, cur votum hoc emissum in professione irrita obliget, ut votum simplex castitatis, cum tamen votum factum in ordine sacro valore carenti, non obliget? Dixi disput. 27. nu. 13.

Sunt tamen hæc intelligenda, nisi coniux ille intiret voti castitatis in ea professione dependenter ab illa, & ex sine immediato permanendi in religione. Tunc enim in virtute talis intentionis ad nil voluit obligari casta professione illa. Quare ut professionem irritam faciens maneat voto simplici ligatus, desideratur inrentio obligandi se in dependenter ad professionis valorem. Atq; eam intentionem præsumit ius, ubi dõ contraria non constat, ut patet ex c. quidam, & c. placet, de conuers. coniug. Sicut dum impuberes matrimonio inepti illud inuent, præsumit ius, c. vnico, de desponsat. impub. in. 6. voluisse se stringere quatenus potuerunt: ac proinde illud va-

valere vt sponsalia præsumit, quæ in eorū potestate erat contrahere, & in dubio intentionis credo standū esse hac iuris præsumptione, vt dixi lib. 1. disp. 2. n. 3. Conferunt ad hoc quæ dixi disp. 32. n. 13. ex doctrina Gregorij Lopez, nimirum, coniugem vuentem in seculo castitatem, vt alter possit religionem profiteri, hoc non proficiente liberum manere à voto. Quod tacitam videatur habere conditionem, si professio alterius, qua hinc eius voti fuit, subsequatur.

Hinc deducitur casu quo id votum castitatis obliget iuxta n. præcedenti tradita, non esse fidem habendam aliquibus asserentibus. c. quidam, & c. placet, de conuers. cōiug. non negari coniugii inualidè professio, & ad alterum reuocato, facultatem petēdi humiliter debitum, sed solam exigendi cogendo. Quod vtreq; textus verbo, exigere, vtatur, quod coactionem importat. Hi sunt Nau. summa. c. 12. n. 60. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 2. n. 9. & lib. 11. c. 15. n. 9. Quare concludit hic vtroq; loco immūnem esse culpæ coniugem hunc petendo debitum, secus exigendo. Sicut coniug adulter potest ab innocente debitum petere, non verò exigere. Sed sententia hęc displicet: quod valde dispar ratio sit: adulter enim priuatur iure exigēdi, in fauorem innocentis, quo potest innocens cedere reddendo: ac proinde integrum est adultero supplicare vt cedat, petendo humiliter corpus, non tanquam debitum: secus cogendo per exactionem. At coniug hic professus priuatur facultate exigendi, non in fauore relicti in seculo, cui hic renuntiare possit: sed propter votum castitatis, quod obligat in quantum potuit, vt vtreq; textus pōderat. At ligato castitatis voto, non tantū exigere, sed petere debitum interdicitur. Quia petens immiscet se voluntariè astui carnis, ne castrius lege matrimonij, quæ solam redditionē iubet. Ac proinde absq; dubio nec textus, nec Doctores negantes huius facultatem exigēdi, vim faciunt in eoa dā petitione. Cū voto castitatis, valido innitatur. Et aliqui vtūtur verbo, petitionis, dicentes non licere huic petere. Ita Albericus in suo dictionario, litera. V. verb. votum. 4. Henricus. c. vxoratus. num. 8. do conuers. coniug. Palud. 4. d. 27. q. 3. ar. 2. n. 15. Aftenlis. 2. p. summa. lib. 8. tit. 1. ar. 22. q. 16. Ioannes de Triburgo in summa conuersorū, lib. 1. tit. 8. ar. 49. & 50. Vincentius in speculo doctrinali, tomo. 2. lib. 9. c. 91. Supplementum Gabriel. 4. d. 32. q. 1. ar. 2.

concl. 8. Sotus. 4. d. 27. q. 1. ar. 4. col. p. nos. vers. casus autem. Celaia. 4. d. 32. q. 2. paulo post principium. Azor lib. 12. in institutionum moralium. cap. 1. q. 6. paulo post principium. Petrus de Edeſma de matrim. q. 64. ar. 4. dubio. 1. concl. 1. Vega. 2. tomo summa. c. 34. casu. 104. An verò alter coniug teneatur huic reddere? dicit disp. 38. numer. 22.

Secundū inferitur, non audiendos esse qui dicunt matrimonium contractum ab hoc coniuge inualidè professio, & reuocato, post alterius coniugis obitum, fore inualidum. Quia licet votum id castitatis solemnè non fuerit, at quia fuit votum in cetera religione approbata, habetur pro solemnè, estq; sufficiens ad irritandū subſequentis matrimonium. Ita gloss. c. quidam verb. nō exigere, in priori responſo, de conuers. coniug. & ibi Host. nu. 1. in primo responſo. Et ibi Anton. nu. 8. Alij verò in alio extremo sunt dicentes integrum esse huic soluto eo matrimonio ad aliud transire. Sic Antonius Gomez in expositione bullæ cruciata, clausula. 10. nu. 69. Et inclinatur in hanc partem Angles Floribus. 1. p. vbi de matrim. q. 1. de essentialibus ipsius. d. 27. ar. 3. displicet. 8. & reddit rationem, eō quod votum fuerit nullum. At dicendum est rem esse hunc culpæ lethalis transēdo ad aliud matrimonium, tanquam violatorem voti simplicis castitatis: matrimonium verò ratum esse. Quia id votum non fuit solemnè, sed simplex. Ecce docent gloss. c. Agathosa. verb. debeas. 27. q. 2. Goffredus summa tit. de conuers. coniug. n. 3. Host. summa, eodē tit. nu. 8. & c. placet, eodē tit. nu. 4. Innoc. d. c. quidam nu. 1. statim in principio. Vincētius, & Philippus ibi. Abbati. 4. Cardin. nu. 2. q. 1. in h. Anchar. nu. 4. q. 1. & nu. 5. q. 2. ad fin. Alberic. in suo dictionario, litera. V. verb. votum. 4. Archid. c. 2. n. 2. & ibi Bellemer. nu. 333. q. 5. Henricus. d. c. placet nu. 8. & c. vxoratus. nu. 8. eodē tit. Brunel. de spons. concl. 30. n. 10. Aftenſis sum. 2. p. lib. 8. tit. 1. ar. 2. q. 16. Ioann. de Triburgo in summa conuersorū, lib. 1. tit. 8. q. 50. Lex regia. tit. 7. p. 1. & ibi Greg. Lopez verb. vale. Rosella verb. impedimentum, impedimēto in ad finem principij: & verb. votum. 2. nu. 10. Angel. matrimonij. 4. n. 15. Sylu. votum. 4. q. 2. dist. 4. & matrimon. 8. q. 12. dist. 5. & verb. diuortium. q. 16. casu. 5. Nauar. summa. c. 12. nu. 60. & lib. 3. consil. tit. de conuers. coniug. in priorē ditione, consil. 4. n. 4. in posteriori, consilij.

n. 4. Barbosa rubr. ff. soluto matrim. 2. p. 2. p. n. 101. Lancelotus instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de diuortijs. §. quæſitum tamen est, verb. non poterit. Et ex Theologis Vincentius. 2. tomo, in speculo doctrinali, lib. 9. c. 91. Durand. 4. d. 32. q. 2. n. 7. Palud. ibi. q. 2. ar. 3. n. 22. & d. 33. q. 4. ar. 2. n. 29. & d. 37. q. 3. ar. 2. n. 19. Palacios. 4. d. 32. disput. 2. col. 9. vers. verum si contraxerit, Enriquez lib. 12. de matrim. c. 5. n. 10. Azor lib. 12. institutionum moralium. c. 1. q. 3. §. si quæres. Ludouicus Lopez. 2. p. inſtructorij, vbi de matrim. c. 54. columna antepenultima. Vega. 2. tomo. summa. c. 34. casu. 104. Cañedo summa Sacram. vbi de matrim. c. 7. n. 54. Quod idem clarè docet Manuel. 1. tomo. summa. 2. editione. c. 239. n. 4. ait enim votum hoc obligare tanquā simplex castitatis. Et hunc peccare, quantum subſticeat, valet matrimonium, necne, docet etiam D. Bonau. 4. d. 27. in expositione litteræ. n. 4. Ricardus ibi, ar. 2. q. 4. Sotus ibi. q. 1. ar. 4. colūna penultima, vers. casus autem. Monaldus summa, vbi de voto, tit. de votis coniugatorum, vers. item si alter coniugum, Celaia. 4. d. 32. q. 2. paulo post principium. Temperat. Innoc. eo. c. quidam in fine, prædictam sententiā, quantum valere matrimonium postea ininitum, vt intelligatur, nisi coniug ille professus in ipso ingressu vouisset continentiam. Quantum enim solus ingressus absque licentia non sufficit ad reddendum id votum solemnè aut sufficit, quando simul in ingressu fuit emissum votum. At caret fundamento hæc limitatio. Quia votum solemnè esse nequit, nisi in ordinis sacri susceptione, aut approbata religionis professione. c. vnico de voto, in. 6. Hæc autē non fuit vera professio. Et ideo non video, quare ratione possit id votum solemnè effici, ac efficax ad subſequentis matrimonium diuindum.

Tertio inferitur, integrum esse coniug, absque cuius licentia professio facta fuit, sic professum reuocare. Quod vniuersi fatentur, & expressè habetur. c. quidam, & c. placet, de conuers. coniug. Quippe nequit iniurius iure suo expoliari. Idq; placet, effi communi consensu ambo, vouissent castitatem. Quia tunc etiam non licet sine licentia transire. Quod per lib. 10. disput. 37. num. 14.

Non tamen licet sapere de religione, sed autoritate iudicis extrahere. Quæuis enim viro las sit, de vico ad domum vxorem re-

ducere, quod in eam ius correctionis habeat: non possit eam priuato quasi possidētū vt eripere, necum monasterio. Nec obſtat, c. cū causa, deaptor. ibi enim narratur raptus, at non approbatur. Atque ita docent Paludan. 4. d. 27. q. 3. ar. 2. nu. 15. Sylu. verb. diuortium. q. 14. ad finem.

Potissima autem difficultas in hac disputatione est. An votum illud religionis emissum in ea professione irrita vim aliquā obligandi fortiat, saltem voti simplicis religionis. Quidam enim videntur affirmare vim obligandi habere inſtar voti simplicis ingressus religionis: sicut votum illud solemnè castitatis non obligat vt solemnè, sed tanquā simplex. Et potest probari, quia quantum ea professio non potuerit vim voti solēnis religionis habere, defectu domini in coniuge ad alienandū se in monasterium: at potuit valere vt votum simplex, quod solam promissionem ingressus tempore habili importat. Atq; ita succedet regula tradita cap. vnico, de desponsatio inuolubet. in. 6. si non valet actus vt ago, valet eo modo, quo valet potest. Quare ratione id votum castitatis, quod voti solemnè vim habere non potuit, obligat omni modo possibilibus, nimirum vt votū simplex. Non enim ratio aliqua discriminis inter hæc vota apparet. Quod si dicas, votum castitatis esse diuiduum, nō autē religionis. Obſtat votū religionis esse quoq; diuiduum quoad tempus obligationis: atque ita non astringit pro eo tempore, quo coniug dissentiens superſtes fuerit, obligabit tamen eo vita functo ad religionem. Sicut votum castitatis admittit eandem temporis diuisionem. Cū non obliget viuo altero coniuge ad integrā continentiam, ad quam post eius obitum astringitur vt probauimus num. 6. Et ideo obſturgit tentij sunt. Calderinus capit. 11. de conuers. coniug. & ibi Abbas n. 7. & c. conſult, in fine, eodē tit. Aftenſis. 2. p. summa. lib. 8. tit. 1. ar. 2. q. 9. sine. Bemellus de sponsalibus, conclusio. 30. n. 9. Sylu. verb. diuortium. q. 16. casu. 3. Palacios. 4. d. 27. disput. 2. columna penultima, & finali, vbi aiunt professionem hanc semper tenuisse, quatenus obligat ipsum proficentem ad manendum perpetuū in religione, secus quoad præiudicium coniugis alterius, cui integrum est reuocare. Et dicit probable Henricus cap. placet num. 5. de conuers. cōiug. Eiusdem sententiæ est Antoni. eo. d. placet nu. 5. vbi ait, hæc professionem non

alstringere in foro externo, secus in foro conscientie. Et videtur tenere Emmanuel Salsuma, verb. religio. nu. 33. vbi indistincte ait, professionem illam habere vim voti simplicis. Et eiusdem sententia videtur Doctores, quos. n. 11. r. 4. & 18. referat, afferentes hunc professum non posse propria autoritate egredi: & reuocatum a coniuge teneri eo mortuo redire: & non reuocatum in vita minimè posse post mortem resiliere. Hec enim omnia eo inniruntur, quod hæc professio saltem vim habuerit obligandi ad religionem, instar voti simplicis religionis.

Alij videntur sentire, id votum religionis vim obtinuisse obligandi, & reuocatione sua per coniugem, absque cuius licentia factum est, vim illius amitti, quasi reuocatio illa sit irritatio voti. Huius sententia videtur Abbas c. quida. n. 4. de conuers. coniug. Et ibi Cardin. n. 2. oppositione. 4. Rosella verb. impedimentum. 11. ad finem principij. Sylu. matrimonij. 8. q. 12. dicto. 7. vbi ait, per reuocationem coniugis soluta esse obligationem, si qua erat ex parte professi cum monasterio contracta. Idem videtur sentire Angel. matrimonium. 4. n. 14. vbi ait, hunc reuocatum non teneri ad religionem redire. Quod obligatio semel extincta non reuiuiscat. Et eiusdem sententia sunt alij, quos lib. 9. disp. 39. n. 36. referam, dicentes eam reuocationem fuisse voti irritationem.

Ceterum ex istis, id votum religionis omnino fuisse irritum. Ducor, quod id forte expressis verbis decidatur. c. quidam, de conuers. coniug. ibi: *Votum non tenet, unde ratione voti non tenetur ad religionem redire.* Et confirmatur, quia is textus constituit discrimen inter votum castitatis, & permanendi in religione: quod illud partim obliget, nimium, quatenus vouens in sui præiudicium obligare se potuit; partim autem minimè obliget, nepe quatenus vergit in præiudicium coniugis spoliati: hoc autem non teneat. At si partim teneret, partim autem non, nullum esset discrimen. Secundo, quia nescio, qualiter asseri possit eam professionem valuisse tanquam votum simplex religionis, ad reuocationem coniugis vim illam obligandi cassam esse. Vt volunt auctores. n. precedenti allegati. Quia eadem ratione dicendum esset, votum id castitatis irritatum fuisse, eo vel maxime, quod c. placet, de conuers. coniug. vxor fuit, quæ absque viri licentia professam est, & ab ipso reuocata. Quem probabile satis est, posse omnia vxoris vota irritare: & ipse simpliciter reuocari: unde non est, cur di-

catum votum religionis omnino irritatum, non autem votum castitatis: præcipue quia votum religionis quoad obligationem illud implendi post mariti reuocantem obitum, non videtur in mariti præiudicium: at votum castitatis manens quoad obligationem non petendi debitum, cedit in viri detrimentum. Quippe cogitur semper petere debitum, & sollicitus esse de tacita vxoris voluntate eo iectanda, ac exploranda, ut ipsi vitans eius in continentia periculum reddat. Et ipsa stimulis conscientie irgebitur, dubitas, an tacite petat, necne, ac proinde votum violer. Si ergo votum illud castitatis nullo modo irritatum est, cur id de voto religionis asserendum erit? Tertio, quia. d. c. quida, vxor fuit, quæ virum professum reuocauit. Quam tamen valde dubium est, an possit aliquid viri votum irritare: & certum est minimè posse, quando in suum præiudicium non redundat. Quale est votum illud religionis viri, quatenus obligaret ad redeundum in religionem mortua vxore. Quarto, quia textus d. c. quida, expressè ait, votum religionis non tenuisse, loquens de præterito: & idem subiungit, virum non teneri ad religionem redire. At si irritatio sola votum reuocasset, dicendum esset votum tenuisse, ac reuocatione cassatum: nec defectus obligationis redeundi ad monasterium adscribendus esset nullitati voti, sed ipsius irritationi. Quinto, quia matrimonium in iudicio coniugato, viuenti eius coniuge, nullam prorsus vim obligandi habet. Quod cum sui dominio careat, id nequeat valide in alium transferre. Ergo nec professio coniugati quantum ad obligationem ad religionem. Quia in vtroque casu est alienatio sui contra domini voluntatem. Sed respondet Abbas. c. c. soluit, num. 2. de conuers. coniug. disparè esse rationem. Quia ingrediens religionem, semper videtur ingressus causa dimini obsequij, ac in melius vite commutandæ. At secundas nuptias prioribus non distulit celebrans, prauo affectu est animo: nec intendit matrimonium perficere, sed potius fraudare. Sed hæc solutio non exaurit difficultatem. Quia si eo matrimonio durante consensus alterius coniugis est inhabilis absque licentia socij ad professionem emittendam, recta eius intentio nil prorsus conseruet. Sicut non conseruet, ut ex secundo illo matrimonio vis aliqua obligandi conserueret. Vt si bona fide illud inniret, sufficienti attestatione fide dignorum deceptus circa mortem prioris coniugis,

Quod

Quod si petas rationem discriminis inter votum castitatis, & religionis in ea professione facta, ob quam illud partim obliget: hoc autem sic prorsus obligandi vel destitutum, eam sensio esse. Quippe votum castitatis non emittitur per modum vnus, & cuiusdam rei in diuidua, sed continet obligationem diuiduam, id est, quæ commoda diuisione patitur: cum suapte natura obliget ad abstinendum illicito concubito, & coniugali, & matrimonio in eodem, qui adus commode fecerni possunt. Unde iure optimo interpretatur Ecclesia diuidendam esse hanc obligationem, ut tempore, quo rota hæc obligatio non potuit consergere ex voto ob matrimonij impedimentum: ea saltem oriatur, cui lex matrimonij præiudicium non aduersat. Nec est verum, obligationem hanc diuidi quoad tempus: sed statim obligat ad omnes actus, quos vinculi fortius coniugij patitur. Sicut si quis emissio castitatis voto vxorem ducat, quantis constantem matrimonium teneatur reddere, non est dicendum obligationem diuisam esse quoad tempus, sed semper astrinxit ad omnes actus: impeditur autem ad tempus ratione vinculi fortioris. At verò obligatio permanendi perpetuò in religione sub obedientia iugo, in qua consistit votum religionis in professione factum, dicit obligationem quandam diuiduam ad vinculum factum permanendi ex tunc in perpetuum in religione: atque adeo si tunc temporis obligatio induci non potuit, est omnino irrita. Neque enim quoad tempora diuidenda est. Quia obligare se religioni de presenti, non claudit temporum distinctionem: sed ex tunc est perpetua obligatio per modum vnus. Velut qui cum sit coniugatus, in eadem matrimonio, obligat se de presenti, & per modum vnus ad vitam perpetuam coniugalem, & quia prout est in inhabilis, nullam vim habet contra actus ille, nec matrimonij, nec sponsalium. Quod ad vtrumque sit inhabilis: Secus quoad impuberes contrahunt matrimonium, cum enim sint sponsalium capaces, valent sponsalia. Sic igitur cum coniugatus sit pro tunc inhabilis ad tradendum se religioni, siue voto simplici, siue solemnij: vtrumque enim obligat ipsum ad separationem perpetuam a coniuge, inde est professio illa nec valere vt votum solemnæ, nec vt simplex. Et hinc constat solutio fundamenti contrarij n. 8. propositi. Huius sententia videtur glossa c. Agathosa, verb. debeas. 27. q. 2. Sotus. 4. d. 27. q. 1. art. 4. col. penult. vtriusque autem.

Lancelot. instituta iuris canonici, lib. 2. de diuortijs. §. que autem tamè est, verb. teneri, vbi absolute dicitur id votum non tenuisse respectu ingressus religionis. Et ferè expressè tenet Innoc. eo. c. quida, statim in pime, & ibi Ioan. Andr. n. 3. vbi explicantes eum textum, in quantum dicunt votum religionis non tenuisse, dicunt non tenuisse quoad hoc, quod sit in monasterio, cum non esset persona idonea ad intrandum: at valuisse quoad non exigendum debitum. Et clarius Antonius eo. c. quida. n. 8. vbi ait, professionem illam non obligare quoad paupertatem, & obedientiam, sed solum quoad partem castitatis. Et. n. 6. expressè ait, id votum valere vt castitatis, non vt religionis. Et videtur etiam tenere D. Bonau. 4. d. 27. in expositione literæ. n. 4. Et Manuel. 1. tomo summe, 2. editione. c. 239. n. 4. vbi dicunt, id votum non obligare ad religionem: Et fauent Doctores afferentes posse hanc propria autoritate egredias non teneri post coniugis obitum redire ad religionem: quos referat. n. 12. & 15.

Hinc deducitur solutio illius questionis, an coniug absque licentia alterius professus teneatur ob ipso reuocatum, redire post eius obitum ad religionem? Glo. c. quida, verb. non tenetur, de conuers. coniug. affirmat eum ad id teneri, ac peccare non redeundo: & eum textum expressè dicentem non teneri redire, explicat, id est, non esse cogendum ab Ecclesia: atque ita. c. placet, eodem tit. loquens in eodem casu dixit inducendum esse redire, non tamè cogendum. Et glossa sequuntur Hostiens. eo. c. quida, paulo post princip. super verb. non tenetur Anton. placet. n. 5. eodem tit. Albericus in suo dictionario, litera V. verb. votum. 4. Hugo. c. Agathosa. 27. q. 2. & ibi Archid. ad fin. & ibi Bellamera in fine. Motauidus in summa, vbi de voto, tit. de voto coniug. vtr. item si alter coniugus. Affens. sum. 2. p. lib. 8. tit. 11. ar. 2. q. 9. sine, & c. q. 16. Ioannes de Tribargo in summa cõfess. lib. 1. tit. 8. q. 40. Sylu. verb. diuortium. q. 16. casu. 7. Lex regia. 12. tit. 7. par. 1. Et ex Theologis ita docent Palud. 4. d. 17. q. 7. ar. 2. n. 16. Vincentius. 2. tomo in speculo doctinali, lib. 9. c. 91. Et hanc culpam esse lethalem tradunt Alberic. Archid. Bellamera, Syl. Vincentius ibidem: & dicit esse esse probabile Henric. c. placet. n. 5. de conuers. coniug. Imò huc posse cogi redire ad religionem, non ad petitionem monasterij, cui se subijcere non potuit, sed ex Episcopi officio, cui nescit cogere peccato resiliere, testantur Hugo, Archid. Bellamera,

Q. Albe.

A'beric, Vincentius, Astenfis ea. quæst. 9. in fine. Et ita interpretantur. d. cap. placet, dum ait hunc non esse cogendum, vt intelligatur ad monasterij instantiam, seculus ex iudicis officio. Quod etiam censet esse probabile Henricus ibidem. Ducuntur, quòd id votum religionis non sit omnino irritum, sed vim obligandi habuerit quantum est ex se, quæ impedita fuit vinculo coniugali: ac proinde obstaculo cessante tenetur coniux id votum seruare, ad religionem redeundo.

12 Sed dicendum est hunc culpæ immunem esse, quamuis ad religionem non redeat. Ducor, quòd id expressè videatur decidi cap. quidam, de conuers. coniug. vbi asseritur hunc post coniugis obitum non teneri ad religionem regredi. Culpæ ergo vacat non rediens. Quia vbi obligatio non est, transgressio nullam culpam inducit. Deinde, quia cap. placet, eodem tit. solum dicitur consultus, & congruentius ad huius salutem fore, vt ad monasterium redeat. At si id præceptum esset, non consultus, & congruentius ad salutem vocaretur, sed necessarium. Quid enim absurdius posset dici, quam congruentius esse ad salutem, non fornicari, votum obseruare, ac reliqua præcepta? Tandem, quia votum illud religionis fuit prius irritum (vt numer. 10. Probauimus.) Et ideo hunc coniugem non redeuntem minimè peccare docent, Anton. d. c. quidam, nu. 6. & ibi Abb. nu. 4. Cardinalis, num. 2. oppositione. 4. Brunellus de sponsalibus, conclus. 30. nu. 10. Rossella, verb. impedimentum, impedimen. 11. ad finem principij. Sylu. matrimonium. 8. quæst. 12. dict. 5. Lancelotus instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de diuortijs. 6. quæsitum tamen est, verb. teneri. Et ferè expressè hoc sentiunt alij dicentes hunc non teneri ad religionem regredi (consulto dico ferè expressè: quia posset quisquam cauillari hos auctores nil amplius expressisse quam textum dict. cap. quidam, dicentem etiam non teneri: atque ita explicandos esse, id est, non cogendum: vt contrarij explicant textum.) Hi sunt Supplementum Gabrielis. 4. dist. 3. quæst. 1. art. 3. conclus. 8. & ibi Celsia quæst. 2. paulò post principium. Angelus matrimonium. 4. num. 14. Sylu. votum. 4. q. 2. dicto. 4. Palacios. 4. d. 32. dispur. 2. col. 9. vers. est autem, fol. 718. Angles Floribus. 1. par. de matrim. quæst. 1. de essentialibus illius. d. 27. ar. 3. difficultate. 7. Beia in sua summa, casu. 49. §. facit

pro hac opinione. Cañedo summa sacram. vbi de mari. c. 7. n. 54.

Secundò deducitur non esse audiendus Palud. 4. d. 27. q. 3. art. 2. nu. 16. & Syl. verb. diuortij. q. 16. casu. 2. asserentes hunc coniugem sine licentia professum, & ab altero reuocatum, teneri ad religionem redire, si coniugis reuocantem pœnitentiam postmodò reuocationis. Quorum sententia ex dictis nu. præcedenti reprobatur. Si enim post mortem, quando omninò cessauit obstaculum non tenetur redire: eò quòd votum non ligatur post solam reuocantem pœnitentiam astringendus ad rediendum est? Atq; ita tenetur dicere omnes Doctores ibi relati.

14 Tertiò deducitur, an coniux ille licentia professus possit propria autoritate religionem deserere, altero non repetente? Quod licet negat gloss. c. placet verb. in eius potestate, de conuers. coniug. per illum textum, vbi. Redire vero ad seculum in eius potestate non erat, sed in potestate mariti. Vbi clarè deciditur vxori absque viri licentia professæ non esse integrum ad seculum regredi: sed soli marito ius reuocandi concedi. Idem docent Anton. ibi. numer. 11. Abb. num. 3. Palud. 4. dist. 27. q. 3. art. 2. nu. 15. Supplementum Gabrielis. 4. d. 32. quæst. 1. artic. 2. conclus. 9. Sylu. verb. diuortium, quæst. 14. statim in principio. Nauar. lib. 3. consil. tit. de conuers. coniug. in priori editione, consil. 3. nu. 3. & 4. in posteriori, cõf. 6. num. 3. & 4. Henriquez lib. 1. 2. de mari. cap. 5. num. 10. Emmanuel Sa summa verb. religio nu. 33. Manuel. 1. tom. summæ. 2. editione. c. 239. n. 3. Vega. 2. tomo. summæ. c. 34. casu. 104. Et loquuntur casu quo vxor bona fide professæ est: quòd vir se mortuum finxerit, Nauar. Manuel, & Vega, & adhuc negant licere propria autoritate egredi.

15 Contrariù tamè mihi persuadeo. Quòd nullius valoris fuerit votum illud religionis, vt probaui nu. 10. Deinde, quia aliqui, quos retuli disp. præcedenti, nu. 10. aiunt de licentia alterius coniugis professum, nõ seruatis iure petitis ad licitam professionem, quamuis verè professus sit, posse propria autoritate exire, ne in peccato persistat præbens alteri incontinenti infamiam. Quòd licet in eo euentu reprobarem ob professionis valorem: & spontaneam alterius licentiam, cuius ratione nullam passus est iniuriam: at in hoc casu militat fortiter ea ratio. Coniux enim absque alterius licentia post consummatum matrimonium proficiens, est reus iniuriæ lethalis: instar rei alienæ

rapitoris: quòd si bona fide professus sit, existeret alterum obijssit, aut absq; eius consensu id sibi licere: ac veritatis certior factus, habebit se in posterum instar rei alienæ bona fide possessoris, iam rem alienam esse cognoscetis. At vtique tenetur statim esse reuocatus, nec opus est vt verus dominus repetat: nisi liquidò constet retentionem esse ex illius consensu. Ergo vt iniuriam illatam resarciat coniugi spoliato poterit hic propria autoritate exire: & tenebitur, si commodè possit. Quare optimè Sotus. 4. d. 27. q. 1. art. 4. eolum. penultim. vers. casus autem, dixit teneri hunc egredi, ac se coniugi restituere, quantumuis bona fide professus sit. Præterea, quia hoc videtur colligi ex cap. accedens, de conuers. coniug. vbi Pontifex narrat virum de licentia vxoris metu extorta professum, exiisse, nec illi ascribit exitum culpæ. Et melius ex cap. 2. quòd est ex Alexandr. 11. 33. quæst. 5. vbi idem factum non reprehenditur, sed clarè videtur approbari, vbi. Non enim violentia, sed ex peri voluntate, & consensu hoc fieri debet. Vnde glossa finalis ibi nota hæc quæstione, dicit videri ex eo textu elici fas esse coniugi absque licentia professi, resiliere propria autoritate. Idem colligitur ex cap. vna sola. 33. quæst. 5. quòd est ex D. Augustino, in Epistola. 45. ibi. Nam & venenda talia non sunt a coniugatis, nisi ex consensu, & voluntate communi: & si propterea factum fuerit, magis est corrigenda temeritas, quam persolueda promissio. Vbi glossa verb. Corrigenda, ait inde sumi argumentum ad comprobandum posse coniugem, qui absque licentia professus est, propria autoritate exire. Tandem, quia præsumi nequit consensu coniugis spoliati, ex sola non repetitione. Tum, quia sola eius voluntas non satis est ad licitum ingressum, & ad perseuerandum: sed saltem desideratur votum castitatis in permanente in seculo: (vt dixi dispur. 32. numer. 14.) & in dubio nequit credendum esse alteram se velle voto ligare: ac potest etiam præsumi non reuocare, gratia vitandæ litis, aut ignorantia iuris sibi competentis, aut timore. Quòd si constaret posse eum commodè reclamare, & tamen dissimulare: dicendum est dispur. sequenti. Nec obstat textus, nu. præcedenti allegatus in contrarium: nam manifesta mens eius textus est, non esse in potestate vxoris in religione manere: atque ita redire ad seculum non esse in eius potestate,

accipiendum est, id est, de seruo marito profitens, nec redire ad pristinam coniugalem vitam. Quòd ex ratione textus colligitur, intendit enim probare votum religionis non tenuissit: castitatis partim tenuissit. Quòd in eius potestate sit abstinere à debiti exactione: quod ad votum castitatis pertinere constat. At manere in religione, quòd attinet ad religionis votum, non suberat eius potestati, sed mariti: aliàs ratio illa friuola esset. Et ideo huius sententiæ sunt duæ glossæ proximè allegatæ. Innoc. cap. quidam nu. 3. de conuers. coniug. Abb. c. accedens nu. 3. eodem tit. Archid. c. 2. fin. & ibi Bellemera sine. 33. q. 5. Henricus cap. vxoratus nu. 8. eodem tit.

16 Quartò deducitur decisio eius difficultatis, an coniuge sine cuius licentia professio facta est, cõsentium præterite illi professione, reddatur ea valida, nec integrè sit professio illi resiliere? Gloss. c. mulier. el. 1. verb. coniugi. 33. q. 5. ait huic professio nõ licere exitum. Ducitur ex cap. 1. de eo, qui duxit in matr. vbi deciditur virum, qui viua vxore contraxit cõ alia rei inscia, non audiendum esse, si post vxoris mortem, diuortium à posteriori petat, nisi hęc velit: ne ex proprio dolo commodum reportet. Eam sequuntur Turrec. ibi. nu. 4. Henricus. c. vxoratus, nu. 8. de conuers. coniug. Henriquez lib. 1. de matrim. c. 6. in commento finali. Nauar. Manuel, Vega, quos nu. 12. retuli, aduertens eos loqui, etiam casu, quo professio sit facta bona fide. Sed probabilis est, eum posse in foro conscientie exire, non obstanti consensu manentis in seculo, & posse hunc ab illo repeti. Quòd affirmant Innoc. & Turrec. in casu fortiori, (vt retuli dispur. præcedenti, nu. 15.) nimirum, quando de licentia coniugis manentis in seculo, nullo voto ligati, alter professus est. Quos quamuis ibi reprobam, eò quòd in eo euentu professio sit valida: cū in hoc fuerit irrita, habebit locum ea opinio. Ducor, quòd ea professio semel irrita nequit tractu temporis conualescere, absq; noua ratificatione: nec obligat vt simplex religionis votum (vt nu. 10. probaui.) Nec potest dici eam professionem nõ fuisse omninò cassam, sed ex futuro euentu pendente. Quia professio nõ potest esse in pendenti, nec Ecclesia potest supplere consensum, vt valida efficiatur professio: teste Nauar. lib. 3. cõf. in tit. de regul. in re. editio. cõf. 32. n. 9. in 2. cõf. 31. nu. 5. nec potest emitti sub cõditione de futuro in quo distat matrimo-

num carnale, & spirituale, teste Euerardo loco ad matrimonium carnali ad spirituale. n. 10. in quarta differentia ex ijs, quas ibi inter vtrumque matrimonium constituit. Quare vel tunc debet pro fessio habere suum omnimodo valorem, & efficaciam, aut valore carere, quando fuit emissa. Cùm igitur tunc nullam obligandi vim sortita sit, non potest conualescere accedenti nouo coniugis relicti in seculo consensu nisi professus ipse denuo ratificet. Dixi autem in foro conscientie non teneri. Quia si ille decepsisset religionem tacens coniugium, & accedenti consensu alterius coniugis non let ratificare priorem professionem, posset religio eum cogere in foro externo. Et hoc probat. cap. 1. de eo, qui duxit in matrimonium. Quod glossa pro contraria opinione retulit. At in foro conscientie sicut religio cognita veritate non tenetur eum retinere, vt pote qui verè professus non est: ita potest ipse cessante scandalo exire, vt contractus veraque ex parte equalis sit. Vt latè probatur contra alios lib. 4. disput. 15. num. 5. Hoc etiam ampliùs constabit ex dicendis num. 25.

17 Quod si professus ille velit ratificare professionem: an coniux manens in seculo consensum preteritis teneatur quoque ingredi: an potius satis sit solum castitatis votum? Dixi disput. 32. num. 14.

18 Quinto deducitur, quid in ea questione iudicandum sit, an coniux sine alterius licentia professus, nec ab eo in vita reuocatus, possit eo defuncto egredi? Et vt clarè procedamus, potest quæstio hæc in quintoplici casu discutiri. Primus est, quando coniux spoliatus nunquam expressè, aut tacitè consensit. Quia aut semper restitit, aut semper ignorauit, aut si sciuit, nec reclamauit, non potuit commodè reclamare: & ipse professus statim ac coniux alter mortuus est, voluit exire. Secundus, quando ignarus mortis perferuauit, atque statim ac illius conficius fuit, reclamauit. Tertius, quando conficius mortis perstitit in religione, ac postmodum resurrexit. Quartus, vbi coniux spoliatus professionis conficius, potensque reclamare commodè, non reuocauit, nec consensit, sed tacuit, ac dissimulauit. Quintus, quado spoliatus expressè consensit, nec professus exiit, & post mortem spoliati vult egredi. Et in primo casu plerique affirmant eum professum egredi non posse. Ita affirmant Calderinus. c. 1. de conuers. coniug. & ibi Abbas in. 7. & c. consuluit, in

fine, & c. placet. n. 3. eodem tit. Cardin. c. ex parte. el. 1. n. vnico, oppositione vnica, vers. sed pro intellectu, eod. tit. Maioris. 4. d. 32. q. 2. §. pr. o illa rubrica, & ibi Supplementum Gabriel. q. 1. ar. 2. conc. 8. Brunel. de sponsalib. conc. 3. n. 9. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 11. paulo post princ. Angel. matrimoniu. 4. n. 13. Sylu. matrimoniu. 8. q. 12. disto. 4. & 5. & verb. diuortiu. q. 14. & q. 16. fine. Azor lib. 12. institutionum moralium. c. 1. q. 6. §. si quæras. At que ea mouentur ratione, quia ex quo professus ille reuocatus nõ est altero superflite: eo vita functo efficitur incontinenti omninò valida prior professio: eo quod ablatum sit obstaculum eius firmitati aduersum. Quare nõ inuidentur hi Authores ratificatione prioris professionis facta post alterius coniugis obitum: sed quod prior illa professio fuerit ex parte professi valida, impeditum tamen erat firmus, & omninò efficax illius valor ob coniugij impedimentum, quare cessante eo obstaculo per alterius mortem, cõsequitur omnimodum firmitatè. Insuper probatur ex c. consuluit, de conuers. coniug. vbi consultus Pontifex de coniuge, qui professus est, manente in religione vsque ad vxoris mortem, an possit exire, & vxorem ducere, dicitur que retinetur sic ait. *Respondemus, quod prædictus vir nec habitum potest abicere, quem assumpsit, neque aliquam sibi matrimonio copulare: quod si cont. raxerit matrimonium, decernimus dirimendum.* Quod si respondeas cum glossa ibi verb. transiens, & verb. dirimèdum, intelligi textum, quado de licentia vxoris, quæ se nex erat, vel promisit vitã mutare, professio est facta: vel ipse post mortem vxoris ratam habuit. Abbas, d. c. consuluit. n. in fine reprehendit hunc intellectum, dicens fundamentum carere ad consuetudinem interuuisse eum vxoris consensum: & vanã fuisse in eo euentu consultatio nem, tanquã omni dubitandi ratione carentem. Verò glossa citata in ea est opinio, vt sit necessaria noua ratificatio ad valorem illius professionis, quando absque licentia emissa est. Et Angelus matrimonium. 4. n. 16. ait valere matrimonium contractum ab eo professo, qui statim morte cognita egressus est, licet peccet ob votum simplex castitatis: & ita sentit professionem illam minimè restaurari, nec vires assumere ex alterius coniugis morte, nisi noua ratificatio professi accedat. Quod ego mihi omninò persuadéo, quia illa professio fuerit profus irrita, in ratione

etiam

etiam voti simplicis religionis (vt num. 10. defendi.) Quare cum prior consensus fuerit omninò irritus, tanquam in personam illegitimum, & inhabilem cadès, opus est eum iterari, (vt probauit lib. 2. disp. 35. num. 2.) Non igitur satis est mors coniugis absque noua ratificatione. Quare credo hunc posse scandalo cessante, propria autoritate fugere (vt in simili dixi, numer. 15.) vt pote qui nec verè professus est, nec aliquo religionis voto africtus. An verò ea noua ratificatio delideret scientiam nullitatis prioris professionis, nouamque superioris acceptationem, ac nouitatum iteratum? Id disput. 37. discutimus. Non obstat cap. consuluit, pro contraria parte allegatum. Quia disput. sequenti eius intellectus enodandus est.

19 In secundo casu, nimirum, quando coniux ignarus mortis alterius nunquam sua professioni consensum præstantis, perstitit in religione, ac statim ac illius certior factus est, vult exire: quidam ea distinctione vtuntur. Si coniux ille bona fide professus sit, ignorans impedimentum suæ professionis, ratificatur ex sola alterius morte, siue a se facta, siue ignorata: secus si mala fide, tunc enim ignorata morte non ratificaretur, sed censeretur in priori consensu irritò persistere. Ita docet Innocent. cap. quidam numer. 2. de conuers. coniug. iuncto cap. 1. num. vnico versic. vel dic, de eo, qui duxit in matrimonium. vbi ita distinguit, in matrimonio prius irritò: & ad eam distinctionem se remittit eo. cap. quidam. Et ipsum sequitur Hostiensis eodem cap. quidam, numer. 3. & ratificari indistinctè eam professionem, siue coniux scierit mortem, siue ignorat, tenet Abbas cap. consuluit, in fine, de conuers. coniug. Et idem sustinebunt Authores, num. precedenti allegati, qui vt ea professio conualescat, solum impedimenti coniugij cessationem petunt. Et eam professionem minimè conualescere ignorante coniuge mortem alterius, tenet Innocent. sibi contrarius, cap. consuluit, in fine, de conuers. coniug. (sibi enim esse contrarium aiunt Ioan. And. Anton. Cardin. Henricus, quos statim referam. Quauis id mihi non facilè persuadeam, quod remittat se ad dicta per ipsum, cap. 1. de eo, qui duxit in matrimonium. ad quem locum etiã se remissit. d. c. quidam, in eo autem vsus est præfata distinctione, quare in ea residere videtur.) Sed hanc partem sustinet Ioan. Andr. dict. cap. consuluit, fine, & dict. cap.

quidam, num. 2. vbi Anton. numer. 4. Anchar. ad finem. Cardin. numer. 2. q. 3. Idem Anchar. dict. cap. consuluit, fine: & ibi Cardin. fine. Anton. fine. Henricus cap. placet, num. 4. de conuers. coniug. Eaque verissima est. Quod prior professio fuerit profus irrita, ac proinde nouo consensu indigeat (vt num. precedenti declarauit.) At si coniux hic quamuis ignarus mortis alterius sciens priorem professionem fuisse nullam, veller denuo ratificare eo modo, quo posset: & concaterent superioris acceptatio, iteratæque nouitatus, (casu quo ad conualescendam professionem ea desideretur: iuxta dicenda disput. 37. vbi hoc discutitur, sit necessarium nec ne) valebit vtique professio prior. Sicut probauit lib. 2. disput. 33. num. 2. validum esse matrimonium inter eos inritum, qui impedimentum dirimens subesse putabant, cum tamè re ipsa illud non subesset, vel iam cessasset: si re vt intendebant facere quidquid in se erat.

20 In tertio casu, nempe, quando coniux professus sciens mortem alterius, qui nunquam consensit, perstitit in religione: supponunt conualescere professionem, Ioan. Andr. Ant. Anchar. Card. Henric. n. precedenti allegati: nam relata opinio Innocentis sententis ratificari professionem, siue facta, siue ignorata morte, contradicunt illi, quando mors ignorata est. Et tenent Innocent. etiam si tunc per momentum steterit in religione. c. quidam num. 2. de conuers. coniug. & ibi Host. num. 3. & placet mihi, si seruetur cetera requisita vt ea professio conualescere possit. De quibus erit sermo disput. 37. & ille faciat propria professus sufficientia ad inducendam professionem tacitam, animo vero profitendi de nouo.

21 In quarto casu, nimirum: quando coniux spoliatus consensu professionis sine sua licentia facta est, potestq. commodè reuocare, nõ reuocauit, sed dissimulauit, ac tacuit, quid sentiendum sit, dicam disput. sequenti.

22 In vltimo casu, nempe, quando spoliatus dū viueret, consensit expressè vt professus persisteret in religione: Angel. matrim. 4. n. 16. ait non posse post mortem exire. Quia persistens in religione, cum illo consensu alterius coniugis, videtur ratã habere priorem professionem. Et constat ex allegatis num. 20. Idq. verissimum est: (vt ibi dixi,) concurrant cetera requisita ad illius professionis confirmationem.

Sextò deducitur, nõ coniux in seculo reli

Q3 Aus.

Quis, altero absq; eius licentia professio, possit quoq; inuito professio religionem ingredi? Quia in re quidam sic distinguunt. Si coniux sit iam e monasterio eductus, alterique reconciliatus, non poterit spoliatus inuito altero ingredi. Cum iam res non sit integra, ac matrimonium sit instauratum, & femota diuisione ad pristinam unitatem restitutum. Si verò id effectum non sit, poterit utriusque. Ducuntur ad hanc posteriori partem affirmandam. Quia coniux ille professus nequit debitum petere. Sed hæc ratio similiter probat contra ipsos id licere post reconciliationem: tunc enim non potest etiam petere debitum ob votum calliditatis simplex (vt diximus, numer. 4). Secundo adducunt cap. Agathosa. 27. quest. 2. Quod nil facit ad rem hanc; sed solum ibi decernitur virum sine vxoris licentia professum esse illi restituendum. Huius sententię sunt glossa cap. quidam, verb. non exigere, de conuers. coniug. & ibi Hostien. numer. 2. & ibi Ioann. Andr. in fine dicitur aequitati consonam esse sententiã hanc. Eandem tenent idem Host. summa tit. de conuers. coniug. numer. 8. verfic. quid si ipsum. Goffredus summa, eodem tit. numer. 6. Archid. cap. mulier, el. 1. fine, & ibi Bellemera fine. 33. quest. 5. Albericus in suo dictionario, verb. votum. 4. ad finem. Henricus cap. vxoratus, numer. 13. de conuers. coniug. Vincentius. 3. tomo, in speculo doctrinali, lib. 9. capit. 92. Monaldus summa, vbi de voto, tit. de voto coniugatorum, verfic. item quid si uterque, Ioannes de Triburgo in summa confessorum, lib. 1. tit. 8. quest. 54. Lex regia. 12. tit. 7. par. 1. fine: & ibi Gregor. Lopez, verb. Buiessen. Imò addunt Hostien. in summa, eo. numer. 8. Ioannes de Triburgo; & prædicta lex regia, etiam licere coniugi relicto in seculo ingredi inuito professio sibi restituito, si post restitutionem non est carnalis copula subsequuta. Quod Gregor. Lopez ibidem dicit non carere scrupulo. Limitat etiam Albericus, vt ante restitutionem liceat coniugi relicto ingredi contra voluntatem alterius, quando in illius ingressu vouit continentiam, fecus non. At dicendum est nunquam posse professio inuito alteri ingredi, & ingressum posse reuocari. Quia professio non renuit, nec delictum prof. si præstat ius alteri diuertendi, quando de-

lictum non est ex ijs ob que licitum est diuortium. Et ideo hanc partem tuerur, Innocen. dist. cap. quidam, numer. 2. & ibi Anton. in fine. Cardin. ibi. numer. 2. quest. 2. in fine. Anchar. numer. 5. quest. 2. Astenfis summa. 2. par. lib. 8. tit. 11. art. 2. quest. 13. Addit Ancharanus (& bene) professionem factam à relicto in seculo, quæ sine alterius professi licentia, sed ipso repugnante facta est, non valere. Quia ipso inuito profiteri nequit.

Tandem ex his deciditur, an si uterque coniux mutua licentia non obtenta profiteatur, siue confensit, siue ignarus professionis alterius, valeat professio? Et quidem utriusque professionem valere in utroque euentu, & neutri reuocationi alterius permitti, affirmant Innoc. c. quidam, nu. 2. fine, de conuers. coniug. & ibi Ioan. Andr. n. 2. fine, Anton. numer. 5. Anchar. ad finem. Albericus in suo dictionario, littera. V. verb. votum. 4. ad finem. Henricus cap. vxoratus numer. 13. de conuers. coniug. Brunellus de sponsal. concl. 30. numer. 15. Astenfis summa. 2. par. lib. 8. tit. 11. art. 2. quest. 12. & 15. Ioanne de Triburgo summa confessorum, lib. 1. tit. 8. quest. 56. & 17. Quia neuter potest conueniri se ab alio spoliatum, sed fecit metipsum proprio facto spoliavit: & utriusque professio altero proficiente rata facta est. At placet distinctio Cardin. d. cap. quidam numer. 2. quest. 4. & Guillelmi per Henricum relati, nimirum, vt valeat professio, quando uterque fuit confensit. Quia facta ipso sibi mutuo licentiam concedit: secus quando fuit ignarus: tunc enim poterit uterius exire, & alterum repetere, & neutrius professio valida erit. Quia neuter licentiam alterius habuit: & professio prioris professi valere non potuit, quia confensus alterius defecit, nec potuit rata fieri absque noua ratificatione: nec etiam posterior professio valida esse potuit. Cum enim prioris professio non valuerit, nequit posterior absque eius consensu profiteri (vt numer. præcedenti diximus.) Nec obstat quemlibet coniugem se ipsum spoliasse, quo minus restitutionem petere possit. Quia coniux se spoliatus potest eam petere, si rediens non admittatur. Ex tunc enim censetur spoliatus, vt dicemus lib. 10. disput. 12. numer. 16.

DISPUTATIO TRIGESIMAQUINTA.

Vtrū quādo licentia extorta fuit per coniugē professum metu, aut dolo: aut nulla interfuit: sed sola coniugis manentis in seculo dissimulatio, valida sit professio: nec ius comperat alteri reuocandi.

SUMMARIUM.

Quando licentia sine metu extorta, an possit reuocari in seculo manens reuocare pro-
fessionem. 1.
An vis reuocatus possit petere, & reddere? numer. 2.
An ea licentia, & professio valida fuerint: obligatq; professio saltem vt votum simplex religionis. numer. 3.
An reuocatus hic reuocatus redire post coniugis mortem ad religionem? numer. 4.
An peccet exiens propria auctoritate. numer. 5.
An valide contrahat matrimonium, & peccet? numer. 6.
An si non fuit reuocatus dum viueret coniux, possit post exire? numer. 7.
An dicenda sint omnia de coniuge sic professi: ac si absque licentia professus fuisse? numer. 8.
Quando licentia fuit dolo extorta, an liceat coniugi de sepe reuocare professum? numer. 9.
An ea licentia, & professio valida sint? numer. 10. 11.
An sic professio, nec reuocato, liceat post coniugis mortem exire? numer. 11.
An idem omnino dicendum sit in hoc euentu, ac quando nulla adfuit licentia? numer. 12.
Quando coniux in seculo relicto nec confensit, nec dissimulauit, sed dissimulauit, & tacuit, eū sciret ingressum, an possit reuocare? numer. 13.
An ea professio fuerit valida? numer. 14.
Si non reuocatur, an possit post coniugis obitum egredi? numer. 15.
An perinde censendum sit quoad omnia, sicut quādo absq; licentia professus est? numer. 16.
Riplicem disputatio præfens casum enunciandum inuoluit. Primum est de licentia metu extorta. Secundus de dolo. Tertius, quando interfuit sola dissimulatio. Et quidem in primo casu, certum est quando metus fuit cadens in virtum constantem; coniugi concedenti licentiam integrum esse professum repetere; fecus quando metus leuis fuit. Constat ex cap. accedens, de conuers. coniug. vbi proponitur casus de vxore, quæ metu

gravi coacta ingressa est religionem, habitu non assumpto, nec voto emisso, vt ibi moratur: & vir professus est religionē: posteaque eam deserens, repetitus est ab vxore, & iubetur vt illi restituarur. Quare non ex solo iudicis officio ea reuocatio fit, sed ad coniugis petitionem, cui licentia illa metu per profertem extorta nil detrimenti alicui ac proinde ius integrum, atque illesum reuocandi manet. Et ita docent Hostien. eo. accedens, in fine, Ioann. Andr. in fin. Anton. sine. Abbas sine. Cardin. nu. vñico, in 2. oppositione. Calder. c. de conuers. coniug. & ibi Abb. nu. 7. Henricus. c. vxoratus, nu. 8. & cap. placet, nu. 2. eodem tit. Albericus in suo dictionario, littera. V. verb. votum. 4. ad finem. Astenfis summa. 2. par. lib. 8. tit. 11. art. 2. quest. 15. Ioannes de Triburgo summa confessorum, lib. 1. tit. 8. quest. 52. Rosella verb. impedimento, impedimento. 11. initio. Angelus matrimonium. 4. numer. 12. Sylu. verb. diuortium. q. 14. & matrimonium. 8. quest. 11. d. 4. Turrec. c. seriatim. d. 3. artic. 3. numer. 4. casu. 64. Brunellus de sponsal. concl. 30. numer. 9. Gregor. Lopez. l. 2. verb. Gelo otorgate, tit. 10. par. 4. & ex Theologis, Vincentius. 2. tomo, in speculo doctrinali, lib. 9. c. 92. Durandus. 4. d. 32. quest. 2. nu. 6. fine: & ibi Maioris quest. 2. §. pro illa rubrica, & ibi Supplementum Gabrielis. quest. 1. art. 2. concl. 8. Azor lib. 12. institutionum moralium. c. 1. q. 6. Petrus de Ledesma de matrimonio. 64. ar. 4. dubio. 1. concl. vltima Ludouicus Lopez. 2. p. in struitorij. ybi de matrimonio. capit. 54. columna penultima. Quare etiam Ioan. Andr. d. cap. accedens, in fine, & ibi Host. numer. vñico, super verb. habitu religionis, Anton. ad finem, Anchar. sine, dicant præcipue ponderari in eo cap. accedens, vxorem iuuenem nullum votum emisisse: vt licet professio viri non valuerit, ac vxori concedatur repetitio. Abbas tamē ibi, in fine, & Cardin. nu. vñico, in 2. oppositione, melius docent non ponderari vxorem non vouisse, sed licentiam fuisse metu extortam.

2 Hic autem coniux reuocatus non potest petere debitum, tenetur tamen reddere, vt docent gloss. c. 2. 3. q. 5. verb. cum festinatione. Host. c. accedens, de conuers. coniug. n. vnicō, super verb. exhibeat. Sicut disp. præcedenti num. 4. diximus idem de professio absq; coniugis licentia. Quia votum castitatis obligauit illum in quatum potuit. Quod intellige cum limitatione ibi. n. 3. posita.

3 Professio autem religionis nulla fuit. Quod coniugatus inhabilis fit ad transferendum dominium sui in monasterium per professionem absq; licentia, qua alter coniux cedat iure suo: qualis non est per metu extorta. Alias non daretur coniugi concedenti licentiam ius repetendi, vt pote qui iuri suo renuntiarit (vt dixi disp. 33. num. 18.) Idemq; probatur ex c. 2. 3. q. 5. quod est Alex. 2. vbi vir, qui metu licentiam vxoris extorserat ad profitemdum, post professionem exijt, & quæsiuit à Pontifice, quid faciendum? Et quauis Pontifex nõ directè respõdat interrogationi, ac per consequentiam offendit talem professionẽ fuisse nullam: dum ait professionem coniugati minime faciendam absq; cõmuni consensu spontaneo, vt notat ibi glossa in casu positione. Et ita dicit nõ tenere ingressum, Ioan. Andr. c. ex parte, el. 1. nu. 4. vers. in 4. casu de conuers. coniug. & ibi Anchar. n. 2. vers. in 4. casu. Card. n. vnicō, oppositione vnicā, vers. sed pro intellectu. Et Dominicus c. feriatim, nu. 5. d. 3. ait hunc non posse dici professum, sicut quando absque licentia professus est. Et Henric. c. placet, nu. 2. de conuers. cõiug. dicit idem omninõ de hoc iudicandum esse, sicut de eo, qui absq; licentia ingressus est. Quod idem clarè docent gloss. c. veniens verb. captiose, de conuers. coniug. Host. c. accedens, paulõ post principium, eodem tit. Petrus de Ledesma de matrim. q. 64. ar. 4. dubio. 1. conclus. vltim. vbi dicunt licentiam illam metu extortam fuisse ipso iure nullam. Atq; idè credo eã professionẽ nec habuisse vim voti simplicis religionis, vt dixi disput. præcedenti. n. 10. de professione, quæ absq; omni licentia facta fuit.

4 Hinc deciditur, an hic coniux teneatur ad religionem redire post mortem coniugis reuocantis? Et non esse cogendum redire, docent gloss. c. 2. 3. q. 5. verb. cum festinatione. Host. c. accedens nu. vnic. super verb. exhibeat, de conuers. coniug. Henricus c. placet, num. 2. eodem tit. Dominicus c. feriatim nu. 5. d. 32. Et credo nec in foro

conscientie teneri, vt disp. præcedenti, nu. 12. dixi contra alios de professio absq; licentia, & postea reuocato. Cum in neutro casu voto religionis teneatur.

5 Secundò hinc deciditur, an peccet extorsio propria autoritate à religione? Peccare affirmant, Ioannes Andr. c. accedens num. 1. super verb. reliquisset, de conuers. coniug. & ibi Host. nu. vnicō, super verb. reliquisset, & Cardin. ibi, in fine. Quod obligare se ipsum potuerit. Sed sicut disp. præcedenti nu. 15. hanc sententiam reprobaui in eo, qui absq; licentia professus est, ita & displicet, vbi licentia fuit metu extorta. Quia in vtroq; euentu idem dicendum est, vt dixi num. 5.

6 Tertiò deciditur, an professus hic peccet ineundo postea matrimonium, idq; sit validum? Dicendum enim est eum peccare contra votum simplex castitatis, ac matrimonium esse validum. Sicut disp. præcedenti nu. 5. diximus idem de professio absq; que aliter coniugis licentia. Nam Host. & Henricus nu. 4. allegati dicunt in hoc euentu dicendum esse idem, quod statuitur c. quidam, & c. placet, de conuers. coniug. de eo coniuge, qui sine licentia professus est.

7 Quartò deciditur, an si professus hic nõ reuocetur altero coniuge viuentẽ, valeat post eius obitum exire? Quidã exire posse negat: eò quòd cessante obstaculo valoris professionis, per alterum coniugis mortem, effecta sit valida. Ita Calder. c. 1. de conuers. coniug. & ibi Abb. nu. 7. Ioan. Andr. c. ex parte, el. 1. nu. 4. vers. in 4. casu, eodẽ tit. & Anchar. n. 3. vers. in 4. casu. Card. n. vnicō, oppositione vnicā, vers. sed pro intellectu. At dicendum est in hoc casu, quod diximus disp. præcedenti. nu. 18. & sequentibus in eodem casu. Quia idem iudicium est.

8 Tandem omnia dicta tota dispositione præcedenti de coniuge absq; licentia professio, dicenda sunt de professio cum licentia metu extorta. Quia idem est iudiciũ de vtroq; vt benè censuit Henricus. c. placet nu. 2. de conuers. coniug. & constat ex dictis nu. 3. Et quia eum illa licentia non valuerit (vt diximus eo. nu. 3.) perinde est, ac si non interuisset, non enim impedimentum præstat, quod de iore non fortitur effeßum, regula, non præstat, de regulis iuris, in 6.

9 In secundo casu, nimirum, quando licentia fuit dolo graui extorta, similiter poterit coniux manens in seculo reuocare pro-

fessum,

fessum. Quòd licentiam non præstitere spontaneè, ac proinde iure suo non cessarit, nil enim magis contrarium consensui, quàm error. l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudic. Idq; probatur ex c. veniens, de conuers. coniug. vbi mulieri concederetur reuocatio viri, qui dolo licentiam extorserat, nisi fuisset fornicata, vt constat ex finalibus illius textus verbis, ibi. Super reuocatione ipsius non est aliquantulum audienda: cum ipsius intentio exceptione passit commissi fornicationis elidi. Maxime cum antequam fuerit fornicata, ipsum non duxerit repetendum. Et ita docent Ioan. Andr. c. ex parte, el. 1. eodem tit. nu. 4. vers. in 4. casu, & ibi Anchar. nu. 2. vers. in 4. casu. Cardin. n. vnic. oppositione vnicā, vers. sed pro intellectu. Anton. nu. 8. Calder. c. 1. eodem tit. & ibi Abb. nu. 7. Archid. c. Agathosa, nu. 3. & ibi Bellemieran. n. 27. q. 2. Henric. c. vxoratus nu. 8. & 10. eodem tit. Brunellus de sponsalibus, conc. 30. nu. 9. Rosella, Angelus, Sylu. Vincentius, Maioris, Supplementum Gabrielis, Greg. Lopez, Azor, Petrus de Ledesma, Ludouicus Lopez, vbi eos retuli, nu. 1. Tabiena matrimonium. n. 4. q. 3. n. 4. Quare non sunt audiendi gloss. eo. c. veniens verb. captiose, & ibi Host. nu. 4. super verb. captiose. Anton. nu. 6. vbi dicunt idè mulierem in casu eius textus audiendam fore, nisi adulterium admisisset, quòd non emiserit voti continentie, nec promiserit religionem ingredi. Quos benè reprobatur Abbas eo. cap. veniens nu. 4. dicens idè audientiam non fore ipsi denegandam, si continuisset: quòd sponte non consenserit, sed dolo.

10 Sed dubitabis, an ea professio valida fuerit? Quia gloss. c. veniens verb. captiose, de conuers. coniug. & ibi Abbas, nu. 1. notabil. 2. Anchar. num. 2. notabil. 3. Cardinalis paulò post principium, oppositione. 1. sustinent licentiam fuisse validam. Quòd dolum in his spiritualibus non nocet. Sed illis fidem nõ habeo, atq; ita exilimo professio nem illam fuisse irritam. Quod fatentur Innocentius c. veniens, statim in principio, super verb. donatus, & ibi Host. nu. 1. super eodem verb. Ioan. Andr. nu. 2. Cardinalis statim in principio. Quia licentia dolo extorta fuit ipso iure nulla, vt benè docent Palacios. 4. d. 32. disp. 2. col. 10. vers. at vrgentior, fol. 718. Petrus de Ledesma de matrim. q. 64. art. 4. dubio. 1. conclus. vltim. Quauis enim dolum, qui non contingit circa professionis substantiam, non vitiet ipsam: at id est verum, quando dolum est respectu pro-

fessi. Is enim non tollit voluntarium, sicut nec in matrimonio carnali (vt probabo lib. 1. c. disp. 9. nu. 21.) at secus est de licentia cessata dolo per alterum coniugem. Cum enim talis debeat esse, per quam ille cedat iuri suo, idq; condonet: & dolum voluntarij auferat circa donationem, quæ à spontanea, & libera voluntate oriri debet, inde est vt nulla sit. Quamobrem credo nec vim voti simplicis religionis eam professionẽ habere, sed solius castitatis, quoad abstinentiam à debiti petitione, & ab alio matrimonio, quamuis finiretur, validum esset, vt dixi disput. præcedenti; quando nulla licentia interfuit.

11 Quòd si coniux cum ea licentia dolo extorta, non reuocetur in vira alterius, nõ poterit eo defuncto exire. Quia sublato per mortè obstaculo, firma efficitur ea professio. Ita docent Calder. Ioan. Andr. Abbas, Anchar. Cardin. Supplementum Gabrielis, Rosella, Sylu. allegati, nu. 9. Sed id nõ credo, nisi noua ratificatio cum ceteris requisitis adijt, vt nu. 7. dixi, quòd professionis licentia est per metum extorta.

12 Demum ea omnia dicenda sunt in hoc euentu, quæ à nu. 1. vsq; ad 9. dixi, quando licentia fuit metu extorta. Quia vtroque casu est nulla.

13 In tertio casu, nempe, quando coniux in seculo relius nec consentium, nec dissentium præstitit, sed sciens alterius ingressum tacuit, & dissimulauit nõ cõcordat Doctores integrũ esse manẽti in seculo professum reuocare. Quòd licentia desideretur, vt coniux eo iure priuetur. Sola autem dissimulatio non est licentia. Ita Calderinus, Ioan. Andr. Abbas, Cardin. Anchar. Henricus, Brunellus, Supplementum Gabrielis, Maioris, Angelus, Syl. Tabiena, Greg. Lopez, Azor, allegati nu. 9. Dominicus c. feriatim, nu. 5. d. 32. Quauis Anton. c. ex parte, el. 1. nu. 8. de conuers. coniug. sentiat non ad petitionem cõiugis, sed ex iudicis officio reuocationem faciendam. Et Palud. 4. d. 27. q. 3. ar. 2. nu. 15. ait quòd coniux dissimulans non erat de incontinentia suspensus, sed erat talis, qui posset licentiam concedere, ipsi denegandam fore restitutionem. Sed verè Doctores allegati de actione coniugis dissimulantis loquuntur: aiunt enim ipsi cõcedi ius reuocandi, sicut quando eo inuito est professus. Nec admittenda est distinctio Monaldi summa, vbi de voto, tit. de voto coniugatorum, vers. item si vxor sciuit: & Henriquez lib. 1. de matrim. c. 8. nu. 9.

vbi

vbi aiunt si conlux dissimulans norit ius, eam taciturnitatem reputari consensum: se-
cus si ius ignorat. At melius Calder. c. 1.
de conuers. coniug. & ibi Abb. nu. 8. & 7.
Sylu. matrimon. 8. q. 12. dict. 4. & alij, quos
reuli disp. 33. num. 14. eam distinctionem
seisacis, & ignorantie iuris, admittunt in
coniuge expressam licentiam concedente:
& statim de solo dissimulante absolute doc-
cent ei concedi repetitionem, perinde ac
quando ipso in scio licentia concessa est.

14. Doctores autē hi non explicant, an pro-
fessio fuerit valida, necne: at videntur non
valere supponere, dum omnes illi, & quos
nu. sequenti referam, aiunt coniuge non re-
uocante in vita, ratam effici professionem,
quasi in vita nō valuerit. Et expressē id sen-
xit Sylu. verb. duortium. q. 16. casu. 3. vbi
ait si conlux vitens reuocet, & reuocatus
eo defuncto aliud ineat matrimonium, id
valiturum, at esse peccatum contra votum
calitatis. Idē tener Angelus matrimonii.
4. nu. 16. & Palacios, nu. sequenti allegan-
das. Et clarē viderit tenere Vincentius. 2.
tomo, in speculo doctrinali, lib. 9. c. 92. vbi
ait taciturnitatem non reputari consensum,
sed desiderari licentiam expressam. Et ideo
existimo eam professionem nec vim sim-
plicis voti religionis habere, sed solius ca-
litaris. Sicut dicit disp. præcedenti, quando
licentia non interuenit.

15. Verum si toto vitæ spatio cōiux in
seculo relicta dissimulauit, cum posset re-
clamare, rata efficietur professio. Quod per
illam dissimulationem, & silentium vsque
ad mortem videatur consensisse. Idq; aper-
tē viderit probare. c. consuluat, de conuers.
coniug. vbi habetur vitum professum non

posse vxore defuncta ad seculum redire,
nec aliud contrahere matrimonium, idque
contractum fore irritum. Et ita docēt Au-
thores, num. 13. allegati. Ioan. Andr. relatis
Petro, & Abbate antiquo, c. c. consuluat
nu. 2. & in fine. & ibi Anton. sine. Anchar.
sine. & cap. quidam, eodem tit. ad finem.
Cardin. d. cap. consuluat, in fine. Henricus
cap. placet, nu. 4. eodem tit. Rosella, verb.
impedimentum, impedimento. 11. initio.
Nauar. lib. 3. consil. tit. de conuers. coniug.
in priori editione, consil. 4. nu. 4. in postero
ri, consil. 5. num. 4. Palacios. 4. d. 27. disp. 2.
colum. 34. vers. hæstas secundō, fol. 589.
Henriquez lib. 12. de matrim. c. 5. num. 10.
Ludouicus Lopez. 2. p. instr. d. de matri. c.
54. colum. ante penultima. Sed existimo
professionem ratam non effici. sola morte
coniugis, nisi noua ratificatio cum cæteris
requiritis accedat, vt dixi nu. 7. & num. 11.
quando adfuit licentia dolo, aut metu ex-
torta. Quod si semel fuit irrita professio,
non videam qualiter, solo consensu illo ta-
cito coniugis, possit valida fieri: cum nec
etiam consensum expressum sufficere pro-
barim disp. præcedenti, num. 16. & ita habe-
re partem clarē sensit glossa eo. cap. consu-
luit, verb. transiens, & verb. dirimendum,
cum eum textum, quo contrarij inuitun-
tur, explicat, quando adfuit consensus, vel
postea ratificata est professio. Et tenet
expressē Angelus matrimonium. 4. nume-
ro. 16.

16. Tandem omnia dicta disp. præcedenti,
de coniuge professo absq; licentia, dicen-
da sunt de hoc. Quia ea dissimulatio
non valet pro licentia, vt
probaui.

DISPUTATIO TRIGESIMASEXTA.

Vtrum coniux, qui professus est absque coniugis licentia, aut cum
ea dolo, aut metu extorta, possit resiliere, coniuge altero postea a-
dulteranti?

SUMMARIVM.

An coniux hic fornicans post alterius pro-
fessionem, possit sic professum reuoca-
re. nu. 1.
An liceat huic professo, altero non repente e-
xire, an potius ius habeat monasterium, aut
monasterio nolenti, index ex officio compelli-
di. Refertur quadam sententia. nu. 2.

Proponitur sententia Authoris nu. 5.
An coniux absq; vxoris licentia ad ordines sa-
croctos promotus, sit ipse postea fornicari resili-
tuendus. nu. 2.
Soluntur argumenta. nu. 4.

Responsum. Anquam certum præmittendum
est, coniugem absq; licentia, vel
cum minus legitima alterius pro-

fellum,

fellum, nimirum, per dolum, aut metu ex-
torta, non posse reuocari à coniuge post
modum fornicanti: si ipse professus in no-
cens sit. Quia per adulterium perdidit omne
ius, quod in coniugem habebat. Ita ha-
betur expressē. c. veniens, de conuers. coniu-
gat. quando licentia metu fuit extorta:
atq; redditur ratio. his verbis. *Cū ipse in i-
tione exceptione possit commissæ fornicationis e-
lidi.* Atque ita docent vniuersi Doctores,
quos nu. sequenti referam. Et Sotus. 4. d.
27. q. 1. ar. 4. ad finem, in vers. casus autem.
Bartholomæus à Ledesma dubio. 64. de
matrim. post. 3. conclusionem. §. annotare
oponitur secundō. Dubitabis autem, an cō-
iux resiliens in seculo, cuius adulterium oc-
cultum est professo, possit in foro conscie-
tiæ ea reuocatione vti? Decisio pendet ex
ea questione, quam lib. 1. disp. 68. discussi,
ad spondus fornicans possit innocentem il-
lius fornicationis ignari cogere stare spon-
salibus: & conux adulter exigere debitum
ab innocente ignaro? Et reuera parte affir-
masti, quam ibi amplexi sumus, dicendum
est posse vti hac reuocatione. Quia nō tene-
tur iure suo priuare, donec alter cōscius
illam iure suo spoliat. Et quid, si professo
opponenti fornicationem coniugi reuocare
volentis, sic falsis testibus tæatur? di-
cam in simili, lib. 10. disp. 9. nu. 33. Dixi, si
professus innocens sit. Quia si fornicatus
fuit in seculo, vel post ingressum etiam pro-
fessione facta, nec compensatis iam delictis
id ad alterum accidit, poterit fieri dicta re-
uocatio. Quoniam cum professio illa irrita
fuerit (vt tota disout. præcedenti probaui-
mus) nec iure suo spoliari coniugē in secu-
lo restitum, censetur res integra: ac proin-
de illa delicta mutua compensatione abole-
buntur, iuxta dicenda lib. 11. disp. 6. per to-
tam. Et quamuis adulterium professi occultum
sit, non poterit opponere alteri coniu-
gi repetenti adulterium, vt ea disp. 6. nu. 9.
prohibeo.

2. Difficultas autem est, an coniugi profes-
so absq; legitima licentia, & innocenti, liceat
resiliere, quando iam constat alterum in
adulterium lapsum esse? Id enim licere vider-
etur, quia quamuis contra adulterum repe-
tentem possit excipere: sicut nemo com-
pellitur agere. l. 1. c. vt ne inuitus agere: ita
nec cogitur excipere: poteritq; eo benefi-
cio in fauorem suum inducto cedere, c. ad
Apostolicam, de regular. Glossa. c. veniens
verb. sponte, de conuers. coniug. ait profes-
so non excipienti, posse monasterium eo

inuito excipere, ac illum religiosum defen-
dere: ac consequenter ipsi non integrū esse
à monasterio exire. Ducitur, quia omne ius
reale, & personale monachi transit in mona-
sterium. Et quia professio illa & si omnino
non teneatur, obligauit tamen ipsum vouē-
tem, in ipsiusmet præiudicium. Quare cum
manens in seculo, per adulterium amiserit
ius repetendi, & ita suum præiudicium ces-
sarit: statim monasterium comparat plenū
ius in professum: atq; ideo exceptio com-
pensationis illi, sicut acquiritur monasterio. Et cō-
firmatur, quia iam res ad eum statum perue-
nit, à quo poterat efficax habere principiu.
Quaratione vitur tæxere. c. placuit, de cō-
uers. coniug. ad probandum, cōiugem, qui
sine alterius licentia professus est, teneri eo
mortuo omnino continere. Glossam sequit
Iuann. Andr. eo. c. veniens, num. 5. An-
ton. nu. 7. Abb. nu. 7. Innoc. nu. vnicio, super
verb. continuit. Host. nu. 6. Cardin. nu. vnic.
q. 2. Anchar. nu. 5. Astenis summa. 2. p. lib.
8. tit. 11. art. 2. q. 7. Brunel. de sponfal. cōcl.
30. declaratione. 8. nu. 12. vers. quartus ca-
sus. Quod si monasterium, nec viri excipe-
re velint, allegantes contra vxorem adu-
lterium per ipsam admittum, vt à viri profes-
si repetitione excludatur: aiunt Ioannes
And. Anton. Anchar. Cardin. Brunell. nu.
13. proximè allegati, integrum esse iudicij
ex officio excipere. Sed statim gloss. eodē
c. veniens, & eodem verbo sponte, verb. sed
quid si exiret. Et Astenis eodem art. 2. q. 8.
Ioannes de Triburgo summa confessionū,
lib. 1. tit. 8. q. 49. aiunt vitum esse monasterio
exeuntem, & nolentem excipere, posse vx-
ori condonare adulterij iniuriam, ac illam
admittere, non obstante monasterij cōtra-
dictione. Quia votum ex toto non tenuit.
Quā glossam arguunt contradictionis, An-
tonius ibi. nu. 6. Abb. num. 6. Cardin. q. 3. &
vt ab hac contradictione illam defendant,
exponunt eam Antonius, & Cardin. vt in-
telligatur, si coniux exire velit ante profes-
sionem. Sed hæc defensio merito impugna-
tur ibi ab Abbat. nu. 6. nā quæstio esset inu-
tilis, & frivola. Cū in quouis euentu ma-
nifestum sit licere exitum ante professionem:
vnde nō est cur glossa ponderaret vt
is exitus liceat, vxorem fuisse deceptam, &
votum viri ex toto non tenuisse. Nam tem-
pore nouitiatus non est votum, & semper
exitus licet.

3. His tamen non obstantibus, existimo me-
ritō glossam recantantem palinodia: & se-
quaces consuisse, licere exitū illi professo,

non

non obstante sui monasterij contradic-
tione, ac posse condonata adulterij iniuria v-
xorem sibi reconciliare: nisi (vt bene aiunt
glossa. A tenis, Ioannes de Triburgo, nu-
precedenti, ad finem allegari) ante profes-
sionem fuisse vxor fornicata: tunc enim va-
luit professio, tanquam in nullius præiudi-
cium facta: intelligi eum A tenis. q. 6. & Ioan-
ne de Triburgo, si ipse vixit caste ante legi-
timam professionem: aliàs compensaren-
tur delicta. Ratio huius sententiæ est, quod
professio illa absq; vxoris licentiã facta, aut
cum illa dolo, aut metu extorta, fuerit nul-
la: nec vim aliquam obligandi quoad vorã
religionis habuerit: vnde donec concurrer-
entibus requisitis, ea ratificetur, liber manet
coniux à iugo religionis, vt possit liberè ex-
ire, vt hæc larè probauimus duplici dispu-
tatione præcedenti. Idq; amplius probatur
ex eo dem cap. veniens, vbi de viro cum li-
cetiã metu extorta professio, cuius vxor po-
stèa fornicata est, sic dicitur. *Madamus qua-
renus si ira est, prædictum Laurentium in mona-
sterio, quod intrauit, perseuerare liberè permit-
tatis. Vbi pondero dici, permissatis, & li-
berè: non ergo cogendus est permanere: &
paulò inferius habito sermone de coniuge
manenti in seculo fornicante, solù denega-
tur ipsi actio ad repetendum alterù: prop-
ter fornicationem ab ipsa admittam. Id ta-*

tamen prioribus Authoribus, quos numer-
precedenti retuli, concedendum erit, nimirum,
posse sententiã lara cogere hunc profes-
sionem stare sua professione, in penam de-
ceptionis, vt diximus disput. 34. num. 16. at
ante sententiã non tenebitur ad eam pec-
nam.

Si autem coniux innocens ad ordines fa-
cros absq; vxoris licentiã promouetur, &
post modum ipsa fornicetur, non est illi
restituendus. Quia cum ius amiserit vxor
ob adulterium, non est illi viro conceden-
dum recursus ad vxorem: eò quod ordo va-
luerit. Sic Archid. c. si cuius. 34. d. nu. vni-
co, vers. in ea glossa, ibi, iniuriam faciat. Do-
minicus ibi, fin. Gregor. Lopez. l. 8. verb.
Elle mismo, tit. 2. p. 4. Hugo de Celfo in re-
pertorio legum regni, verb. clerigos. §. 107.

Ad argumenta, num. 2. posposita con-
stat ex dictis, num. 3. Cum enim professio
non valuerit, nullù ius monachi illius transi-
sit in monasterium. Nec obstat confirmatio
ibi adducta ex cap. claret. Quia ille textus
ponderat votum castitatis valuisse, in
quantum potuit coniugem alstringere: &
quia soluto matrimonio cessat obligatio de
biti reddendi: iam ex tunc incipit perfectè
obligare. At votum religionis à principio
fuit irritum, vt prius disp.
34. num. 10.

DISPUTATIO TRIGESIMASEPTIMA.

Vtrum coniux absq; coniugis licentiã professus, ac eius mortis con-
ficus persistens in professione, ignarus illius nullitatis, aut nolens ra-
tificare: esto non verus professus sit, possit transactò quinquennium
reclamare, aut occultè religionem deserere?

SVMMARIVM.

Quot conditiones petantur in Tridentino
ses. 25. de regular. c. 19. vt liceat contra
professionem tacitam, aut expressam recla-
mare: nu. 1.

A quo die numeretur quinquennium in profes-
sione tacita, & expressa: & an dies illa ter-
mini computetur in termino: & an Tridenti-
num sustulerit professiones tacitas: nu. 2.

An professio dimittenti habitum ex iusta causa,
liceat intra quinquennium reclamare: n. 3.

Quid, si iniuste dimisit, ac postmodum resump-
sit: nu. 4.

Quot quæstiones disputanda sint, nu. 5.

An Tridentinum. d. cap. 19. statuens quinquen-
nium ad reclamandù, fundetur in presump-
tione, nec in conscientia procedat: Proponun-
tur suadentia procedere in foro conscientia,
num. 6.

Quotuplex sit presumptio, nu. 7.

Quando dicatur iuris, & de iure: nu. 8.

Decretum Tridentini fundatur in presump-
tione ratificationis professionis, nec habet lo-
cum in conscientia, vbi ratificata non est, nu-
mer. 9.

An ante quinquennium presumatur ratificatio
professionis: & cur ex actum professorum
exercitio, presumatur professio tacita, vbi

nulla

nulla expressa præcessit, secus hac proceden-
te: nu. 10.

An liceat hæc quocunq; tempore dum priorem
professionem non ratam habuit, fugere? nu-
mer. 11.

An professus hic dubitans num intra quinquen-
nium habuerit animum ratificandi, teneat-
ur stare professione illa presumptra: nu. 12.

An superior possit transactò quinquennio sciens
hunc non ratificasse professionem, occultè il-
lum dimittere? & an possit iudex occultè di-
mittere quem innocentem noñit, probatum
ream: nu. 13.

An sit credendum in foro conscientia huic dic-
ti si sit professio, aut eo quinquennio non
ratificasse: nu. 14.

An factum ex officio iudicis possit hic transactò
eo quinquennio audiri in foro externo? nu-
mer. 15.

Hæc presumptio Tridentini est iuris, & de iure,
num. 16.

Soluantur argumenta, num. 17. & ibi, an sala-
riū triennio contra famulos prescriptū de-
beat in conscientia?

Post nu. 17. inuenies alia sum maria.

Disputatio hæc petit intelligen-
tiam decreti Tridentini sess. 25.
de regular. c. 19. ibi. *Quocunq; re-
gularis præcedat se per vim, & me-
tam ingressum religionem, aut etiam dicat an-
te actum debitam professionem fuisse, aut quid si-
mile: vel itaq; habitum dimittere quacumque de
causa: aut etiam cum habitu discedere sine licen-
tia superiorum, non audiatur, nisi intra quin-
quennium tantum à die professionis: & tunc,
non aliter, nisi causas, quas præventerit, dedu-
xerit coram superiore suo, & ordinario. Quod
si antea habitum spontè dimiserit, nullatenus
ad allegandam quamcumq; causam admittatur,
sed ad monasterium redire cogatur, & tanquã
apostata puniatur: interim verò nullo priuile-
gio sua religionis iuuetur. Quod decretum
vtilissimum est, & passim necessarium pro
irritis professionibus: & ideò libet aliquã-
tulum circa illius intelligentiam immora-
ri: & præmissis quibusdam certioribus cir-
ca hoc decretum, aliquas quæstiones disci-
pulari necessariò præmittendas ad deci-
sionem præsentis disputationis, quæ vlti-
mo loco agitabitur. Tres ergo cõditiones
petuntur in eo decreto, vt monacho recla-
mare contra professionem liceat. Prima, ne
ante reclamationem habitum deponat. Sec-
unda, vt causas, quas præterdit, coram su-
periore, & ordinario deducat. Tertia, vt id*

si intra quinquennium à die professionis
numerandum. Et subiungitur in eo, dimit-
tentem sponte habitum, nullatenus admitt-
endum esse ad quamcumq; causam allegan-
dam: sed ad religionem redire cõpulum,
apostate penis subijci. Et id decretũ pro-
cedit in professione quacumq; siue expres-
sa, siue tacita. Quia Tridentinum in vniuer-
sum de professione loquitur. Ita docent
Nauar. cõmentario. 4. de regularibus, nu.
75. Azor lib. 12. institutionũ moralium, c.
49. vlt.

Dies autem hæc à qua numerandum est
quinquennium, incipit in professione ex-
pressa: à die ipsa professionis, in tacita ve-
rò, à die qua professio tacita inducitur ac-
tento iure antiquo: nepe, à die, in qua mo-
nachus est tacitè professus per annum de-
lationem habitus nouitij, & professus cõm-
munis, & solù occultè distinctè iuxta clem-
finalè, de regular. (Nec enim ea professio
tacita est correctè per Tridentinum: testi-
bus Nauarro lib. 3. consil. tit. de regular. in
1. editione, consil. 15. nu. 5. in 2. verò, consil.
28. n. 5. Azor lib. 12. institutionũ moralium
c. 4. q. 6. sine, & Manuele. 2. to. m. sum. 22.
editione. c. 8. n. 1.) & ita incipere illam diẽ
testantur Nauar. cõmentario. 4. de regula-
ri. n. 76. Azor eodem. c. 4. q. 10. Et simili-
ter à die, qua transactò nouitatus anno in-
ducitur professio tacita per delationem ha-
bitus professorum, & exercitium actum,
qui ipsi proprij sunt: iuxta. e. v. d. u. a. de re-
gular. Sic Nauar. d. cõment. 4. de regula-
ribus. n. 76. Est enim generaliter verò pro-
fessione tacitam non tolli per Tridenti-
num, dum modo transactò nouitatus anno
inducatur, vt bene docent Palacios. 4. dist.
38. disp. 1. col. 32. vers. porto autem. Sorbus
in compendio priuilegiorum mendicantiũ
verb. nouitij, post. 3. notabile. §. primò a-
liquid oportet. An verò dies illa professio-
nis computetur in termino quinquennij?
consultò omitto: quia vix in praxi accidit
huius difficultatis necessitas. Quod rati-
ssimum sit eo temporis puncto quinquen-
nium illud expleri, vt ex illa die, qua pro-
fessio impletur, pendeat an quinquennij
extatè impletum sit, necne. Et ideò pro dif-
ficultate illa enucleanda, ex qua decisio pedit,
nimirum, an dies termini computetur
in termino, sunt consulendi, Tiraquel. de
retractu lignagier. §. 1. glo. 11. a. nu. 16. &
gl. 2. n. 19. Duënas regu. 196. & sequen. Ber-
nard. Diaz regul. 190. Gracian regul. 133.
Matien. lib. 3. recop. tit. 11. l. 7. glo. 6.

Qua-